41

N. 42.

Noverint universi quod ego Petrus pages alias viles parrochie de matemagna Attendens quod serenissimus dominus noster Rex nunch feliciter regnans Cum sententia per suam Magestatem lata Inter dominos sive
Senyores ex una et pagenses de redimentia et malorum usuum ex altera partibus Declaravit et sententiavit dictos pagenses debere prestare sacramentum et homagium eorum dominis prout continetur In sep
timo Capitulo dicte sentencie tenoris sequentis Item sentenciam arbitram he declaram que los dits pagesos hagen aprestar sagrament e homanatge de proprietat a sos senyors totas vegadas quantas a
quells volran regonaxer que tenen las masias he casas ab sas terras honors e possessions per los dits senyors e senyores per lo gens carrech de remensa personal e dels altres cinch mals usos res
tant com aquells stan extints abolits he anihilats com dessus es promiat e que per la dita prestacio los dits pagesos no stan tenguts ne obligats pagar dret algu ni puguen los dits senyors e senyores
Imposarlos servitut alguna e que los dits pagesos o successors lurs no obstant lo dit sagrament e homanatge puguen renunciar dexar e desemparar los lurs masos e casas ab las proprietats terras ho
nors et possessions quant volran e que sen puguen anar liberament a hon volran e tot temps que volran ab tots sos bens mobles exceptat lo cap principal pagant empero tot lo que deuran als dits sen
yors al die que sen iran que en lo dit cas la util senyoria sia consolidada ala directa dels dits senyors de manera que sia en facultat del senyor o senyora fer del mas o casa terras honors he pos
sessions lo que li plaura liberament com a ple senyor de aquellas he que per res del sobredit no sia fet prejudici algu als dits senyors en la directa senyoria que en las ditas masias e terras tenen o lo
pertany ab sos forissatges lusmes fadigas que per respecte de la dita directa senyoria los son he seran deguts E si per ventura los dits pagesos o successors lurs o algu dels per los dits senyors o alguns
dels fossen requests per virtut del sagrament e homanatge o en qualsevol altra manera a fer los ampriestichs o donatiu algu que no sian tenguts fer ho ne puguen esser compellits o apremiats per
que ho fassen sino fos que de lur propria e libera voluntat los plagues fer ho E empero pronunciam he declaram que si los dits pagesos en qualsevol temps no demostraran cartas o titolls per los
quals o las quals apparega no esser tenguts prestar los dits sagrament e homanatge que aquels e aquellas los sian salvas e resten en lur forsa e valor pero que fins aquellos donat no pro
duides per nos sia declarat lo que fer se deura per lo qual nos reservam potestat special los dits pagesos sian tenguts prestar lo dit sagrament e homanatge axi com dit es e als effectes dessus
dits e no en altra manera Ideo gratis et ex certa sciencia Confiteor et recognosco vobis Reverende et religiose domine Yolanti de grana Abbatisse monasterii Sancti Danielis Gerunde absenti et michaeli bis
be parrochie de matemagna baiulo et procuratori pro parte quod teneo pro vobis et dicto vestro monasterio et successoribus vestris In eodem Mansum meum vocatum pages alias viles situm Intus dictam parrochiam de
matemagna Et ratione proprietatis eiusdem mansi facio et presto vobis et vestris In dicto monasterio successoribus sacramentum et homagium ore et manibus comendatum secundum quod In dicto Capitulo sive contine
tur declaratum reservatis vobis et michi omnibus Iuribus per dictum dominum regem sinatis et declaratis In et in dicta sententia ad quam me reffero Quemquidem mansum ego et mei tenemur et teneri promitto facere he
ditare eiusdem [?] ac factum et continuum atque habitatum et In domibus eiusdem facere continuam et personalem residentiam Iuxta dictam Regiam sententiam terras honores et possessiones dicti mansi tenere la
boratas et conductas tam quam ratione dicti mansi et dictarum terrarum honorum et possessionum ac pertinentiarum habeatis vos et dicti vestri successores perpetuo census taschas agraria et alia Iura pro Inde vobis et dicto vestro
monasterio debita et pertinentia prout Inferius continetur Que omnia promitto vobis et vestris successoribus predictis et quibus volueritis et voluerint perpetuo quod ero homo fidelis et legalis Iuxta dictam regiam sententiam
Et pro predictis omnibus et singulis obligo vobis et dictis vestris successoribus me et omnia bona mea ubique habita et habenda Cum quibus regie sententie virtute promitto vobis et dictis vestris successoribus facere et prestare anno
quolibet de censu vicesima prima mensis aprilis Illos tres solidos barchinone per Regiam magestatem In et iuxta pre mencionata regia sententia solum declaratos quos tamen luere possim precio Sexaginta solidorum
Iuxta dictam regiam sententiam Item teneo pro vobis et dicto vestro monasterio Quendam clausum terre meum vocatum clos damor situm In dicta parrochia supra hospitium dicti mei mansi Continentem In se 1
unam vesanam terre vel circa Et affrontatur ab oriente In Capite mansi mei A meridie In torrente Ab occidente In Camino publico Et a circio In alio Camino publico Inde transeunti Et de
expletis et dictis clausi area et [?] provenientibus dono et presto ac dare et prestare teneor et promitto vobis et dictis vestris successoribus unam tascham excepto canabo et lino Item teneo 2
pro vobis dicta domina abbatissa et dicto vestro monasterio Quendam clausum terre vocatum damor qui fuit de manso amat quem habeo teneo et possideo In dicta parrochia de matemagna et Continet
In se unam vesanam terre Et affrontatur ab Oriente A meridie et circio In Caminis publicis Et ab Occidente In quadam vinea Michaelis bou dicte parrochie Et de expletis Inde provenientibus
facio et presto vobis et dicto vestro monasterio fideliter et bene tascham et braciaticum Et etiam facio et presto vobis et dictis vestris successoribus anno quolibet de Censu In festo omnium sanctorum unum par Capo
num Et tres medias quarterias Cibarie ad mensuram Gerunde pro recompensatione et reductione predecessoribus meis facta ex illis tribus quarteriis cibarie ad mensuram de [?] que quolibet
anno vobis et dicto vestro monasterio facere consueverat pro dicto Clauso Item teneo pro vobis dicta domina Abbatissa et dicto vestro monasterio Quendam feixiam terre heremam sitam In dicta parrochia de 3
matemagna loco vocato sa gassera Continentem In se unam bonam vesanam Et affrontatur ab Oriente In honore qui fuit mansi bisbe dicte parrochie nunc tenementi sacriste sancti petri galligantis gerun
de A meridie similiter Ab occidente In honore michaelis bisbe Et a circio In honore michaelis bou torrente mediante De expletis cuiusquidem feixie terre facio et presto vobis dicte domine abbatisse et dicto vestro monaste
rio fideliter atque bene tascham et braciaticum Item confiteor me tenere pro vobis dicta domina abbatissa et dicto vestro monasterio Quandam peciam terre boscham sitam In dicta parrochia loco vocato roha de milan Conti 4
nentem In se Septem vesanas terre vel circa Et affrontatur ab oriente In torrente A meridie In quodam boscho den lemana Civis gerunde qui tenetur pro vobis Ab occidente In quodam boscho michaelis
bou Et a circio In honore mansi quintana dicte parrochie De expletis cuiusquidem pecie terre facio et presto vobis dicte domine abbatisse et dicto vestro monasterio fideliter atque bene tascham Item teneo pro vo 5
bis et dicto vestro monasterio quandam possessionem terre partim boschosam partim de vinea et partim de avellanariis plantatam sitam In dicta parrochia de matemagna loco vocato badosar Continentem In
se duas vesanas terre Et affrontatur ab Oriente In honore meo quem teneo pro altari Sancti Jacobi sito In ecclesia Sancti felicis Gerunde A meridie In torrente Ab occidente In quadam possessione
terre mea quam pro vobis teneo Et a circio In media serra De expletis cuiusquidem possessionis terre facio et presto ac facere et prestare teneor et promitto vobis et dictis vestris successoribus fideliter atque
bene unam tascham Item teneo pro vobis et dicto vestro monasterio quandam possessionem terre meam partim de vinea et partim de avellanariis plantatam sitam In dicta parrochia loco vocato badosar de 6
Continet In se duas vesanas terre vel circa Et affrontatur ab oriente In dicta feixia supra proxime confrontata A meridie In torrente Ab occidente In alio honore meo qui fuit den Canada dicte parrochie Et a circio In camino pu
blico De qua nulla presto agraria Item teneo pro vobis et dicto vestro monasterio quandam peciam terre partim de vinea et partim de avellanariis plantatam quam habeo teneo et possideo In dicta parrochia de matemagna 7
loco vocato sa mayola Et continet In se tres vesanas terre parum plus vel minus Et affrontatur ab oriente In alio honore meo supra [?] A meridie In alio honore meo qui fuit Bernardi bou quondam dicte parrochie torrente
mediante Ab occidente In alio honore meo Et a circio In honore Stephani canada prout est terminatum et partim In Campo publico Item teneo pro vobis et dicto vestro monasterio Quandam possessionem terre partim de avella 8
nariis partim de vinea plantatam quam habeo teneo et possideo In dicta parrochia de matemagna loco vocato got sauleda Et continet In se duas vesanas terre parum plus vel minus Et affrontatur ab oriente In
alio honore meo qui fuit Bernardi canada dicte parrochie A meridie In alio honore meo qui fuit guillermi pages Ab occidente In honore michaelis giberti qui fuit petri pages Et a circio In Camino De qua nulla
vobis presto agraria Item teneo pro vobis et dicto vestro monasterio Quandam possessionem terre boschosam sitam In dicta parrochia de matemagna loco vocato morrofiet Continentem In se duas vesanas terre 9
vel circa Et affrontatur ab oriente In torrente Et In honore mansi bonis dicte parrochie A meridie In honore michaelis bisbe Ab occidente In media serra Campo mediante Et a circio In honore michaelis
bou dicte parrochie Item teneo pro vobis et dicto vestro monasterio Quandam alias possessiones terre boschosas sitas In dicta parrochia de matemagna loco vocato morrofiet Confrontatas ab oriente In honore 10
Stephani canada prout terminatum est mediante quodam Camino A meridie In honore marthonam [?] et partim In honore michaelis bou dicte parrochie Ab occidente In honore guillermi de agahon
Et a circio In honore meo et partim In honore dicti guillermi de agahon Item teneo pro vobis dicta domina abbatissa et dicto vestro monasterio quandam tenedonem meam quam habeo teneo et possideo In dicta parrochia 11
de matemagna loco vocato simet Continentem In se decem vesanas terre vel circa Et affrontatur ab oriente In torrente de sa Canal A meridie In honore domine michaele quintana domine utilis et proprietarie mansi quintana
et In aliis honoribus que fuerunt mansi soler et mansi de plano Ab occidente In media serra Et a circio In honoribus mansi de plano et mansi soler dicte parrochie de matemagna Item teneo pro vobis 12
et dicto vestro monasterio Quandam possessionem terre boschosam que antiquitus solebat esse vinea sitam In dicta parrochia de matemagna loco vocato simet Continentem duas vesanas terre et mediam vel circa Et affrontatur ab
Oriente In alio honore meo quem teneo pro altari Sancti benedicti A meridie In media serra Ab occidente Et a circio In honore qui fuit mansi soler dicte parrochie de qua nulla presto agraria Item teneo pro 13
vobis et dicto vestro monasterio Quendam Campum terre situm In dicta parrochia de matemagna loco vocato sas fontanellas Continentem In se tres vesanas et mediam vel Inde circa Et affrontatur ab
Oriente et A circio In alio honore meo quem teneo pro monasterio Sancti Martini sapiste gerunde A meridie In honore petri guell dicte parrochie de matemagna Ab occidente similiter Et partim In honore he
redis Anthonii bosch quondam qui ultimo fuit michaelis bou dicte parrochie Item teneo pro vobis et dicto vestro monasterio Duas feixias terre quas habeo teneo et possideo In dicta parrochia de matemagna loco 14
vocato sas Coromines Et continet In se tres vesanas et mediam terre vel circa Et affrontatur ab oriente In honore petri guell A meridie In alio honore meo qui fuit guillermi de agahon Ab occidente In Ca
mino publico Et a circio In honore michaelis bisbe et partim In honore heredis anthonii bosch quondam qui fuit Bernardi bonis dicte parrochie Pro quibusquidem duabus feixiis terre facio et presto vobis dicte domine abbatisse et
dicto vestro monasterio ac facere et prestare teneor et promitto unam migeriam frumenti boni pulcri sicci et mundi ad mensuram Gerunde Item teneo pro vobis et dicto vestro monasterio Quendam heremum terre meum situm In dicta 15
parrochia de matemagna loco vocato Costa de viles Et continet In se tres vesanas terre vel circa Affrontatur ab oriente et A meridie In Cantaria Ab occidente In via Et a circio In honore mansi bisbe dicte parrochie Et de
expletis pannis Inde provenientibus facio et presto vobis et dictis vestris successoribus fideliter et bene unam tascham Et de expletis unam medias taschas tantum Et etiam de censu anno quolibet In festo nathalis domini unum par Caponum
Et pro censu generali dicti mansi et aliarum terrarum et possessionum predictarum facio et presto ac facere et prestare teneor et promitto vobis et dicto vestro monasterio anno quolibet perpetuo In festo nathalis domini Decem solidos barchinone
de terno Et pro recompensatione et reductione predecessoribus meis facta de una Jova una batuda una podada et uno caseo de pastinatge et de lacte unum matinum et unum vesperum [?] quam et quem vobis et dictis
vestris predecessoribus predecessores mei facere et prestare consueverant facio et presto ac facere et prestare teneor et promitto vobis et dicto vestro monasterio anno quolibet perpetuo de censu In festo nathalis domini
Duos solidos et decem denarios barchinone de terno Et pro dictis ovo et area facio et presto ac facere et prestare teneor et promitto vobis et dicto vestro monasterio anno quolibet de censu In festo Sanctorum petri et felicis
unam migeriam ordei boni pulcri sicci et mundi ad mensuram de monellis Item teneo pro vobis et dicto vestro monasterio quendam Campum terre meum quem habeo teneo et possideo loco vocato In dicta parrochia las coromines Continentem In se 16
unam vesanam et mediam terre vel circa Et affrontatur ab oriente In honore petri guell A meridie In honore Anthonii bosch quondam Ab occidente In [illegible] Camino publico Et a circio In alio honore meo Pro quoquidem
dicto Campo terre facio et presto vobis dicte domine abbatisse et dicto vestro monasterio anno quolibet de censu In festo Sanctorum petri et felicis unam Quarteriam frumenti boni pulcri sicci et mundi ad mensuram Gerunde Item teneo 17
pro vobis dicta domina abbatissa et dicto vestro monasterio quendam Campum terre meum situm In dicta parrochia de matemagna loco vocato font sedon alias saguer Continentem In se unam vesanam terre Et affrontatur ab
Oriente In viaria A meridie In honore petri guell Ab occidente In honore meo qui fuit guillermi de agahone quondam quem teneo pro prepositura [illegible] mensis maii ecclesie gerunde Et a circio In alio honore meo
Pro quoquidem Campo terre facio et presto ac facere et prestare teneor et promitto vobis et vestris In dicto monasterio successoribus anno quolibet de censu In festo nathalis domini Duos solidos barchinone de terno Item teneo 18
pro vobis et dicto vestro monasterio quendam Campum terre meum situm In dicta parrochia loco vocato plan de sa font Et continet In se unam vesanam terre Et affrontatur ab oriente In honore meo alodiali A me
ridie In honore heredis raymundi vidal Ab occidente In quodam quadro meo margine mediante Et a circio In feixia terre mea quam teneo pro Capellania ecclesie de matemagna Pro quaquidem pecia terre
facio et presto ac facere et prestare teneor et promitto vobis et vestris In dicto monasterio successoribus anno quolibet de censu In festo Sanctorum petri et felicis unam migeriam frumenti boni pulcri sicci et mundi ad mensu
ram de monellis se [illegible] Preterea recognosco vobis quod omnia terna laudimia et foriscapia Iura empararendi et retinendi ac alia ad directum dominium pertinentia ex predictis provenientia quoquomo
do sunt et esse debent [illegible] monasterio successorum Recognosco Insuper quod teneo pro aliis dominis aliquas terras et possessiones que sunt de pertinentiis et membris dicti mei mansi Et primo Confiteor me tene 19
re pro clerico obtinenti quoddam beneficium Institutum In altari Sancti Jacobi sito In ecclesia Sancti felicis Gerunde quendam heremum terre qui antiquitus solebat esse vinea quem habeo teneo et possideo In dicta parrochia
loco vocato vallbona Et affrontatur ab oriente In Campo et Ab occidente In honore petri guell dicte parrochie Item confiteor me tenere pro monasterio Sancti martini de [?] gerunde quendam Campum terre 20
quem habeo teneo et possideo In dicta parrochia de matemagna loco vocato sas fontanellas Et affrontatur ab oriente In torrente et partim In honore qui pro vobis tenetur Item confiteor me tenere pro herede 21
mansi de casadevall de lachu parrochie Sancti martini veteris quandam possessionem terre boschosam In qua antiquitus solebat esse vinea quam habeo teneo et possideo In dicta parrochia de matemagna loco vo
cato bosch farrer Et affrontatur ab oriente In honore mansi pages Ab occidente In honore petri albert de bañano dicte parrochie de matemagna torrente mediante qui fuit Bernardi de partusio parrochie sancti
ti vincentii veteris Item confiteor quod facio et presto ac facere et prestare teneor et promitto heredi guillermi de agahone dicte parrochie de matemagna annuatim pro tributo In festo nathalis domini duos 22
denarios barchinone de terno In auxilium census quem ipse vobis facit pro quadam pecola terre quam pro vobis tenet et est Iuxta mansum meum prope torrentem Que omnia sponte per dictum dominum et gesta
promitto evangelia corporaliter ante tacta predicta omnia fore vera Et [?] omnia et singula supradicta facio pariter convenio et promitto ac firmo In manu et posse notarii Infrascripti tanquam publice per
sone hec pro [?] absentis omnium quorum Interest et Intererit ac Interesse potest et poterit In futurum legitime stipulantis et recipientis Actum est hoc In parrochia de matemagna die
decima mensis februarii Anno a nativitate domini Millesimo Quingentesimo Sexto Sig+num petri pages predicti qui hec laudo firmo et Iuro

Testes huius rei sunt Franciscus galter alias bonet de banyano et Michael bassa parrochie de matemagna

Sig+num Joannes de podio notarius publicus regia auctoritate substitutus ab herede Jacobi de Campolongo quondam publico Civitatis baiulie et [illegible] Gerunde [illegible] premissis interfui hec que [illegible] scripsi
[illegible] requisitus clausi Cum supposito In linea [illegible] regias [illegible]

[illegible] capbrevacions [illegible] del mas [illegible]
[illegible] ha trobat [illegible]
[illegible]
[illegible] donan [illegible]
[illegible] no [illegible]
[illegible] capbrevacio [illegible]

42) 1506. II. 13

n° 1344 (21)

T. 795 X 548

1316-21